

Q. D. B. V.

K. f. 1294.

THESES IVRIS CRIMINALES

DE

2a 4, 161.

221

CAPITE DAMNATORVM
EXPENSIS CRIMINALIBVS

13

QVAS

PRAE SIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

TIT. DE VERB. SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE

IN AVDITORIO MAIORE

DIE XXX. MART. A. S. R. CIC 100 CCLXXI.

PVBLINE DEFENDET

FRIDERICVS GVILIELMVS TÜLLMANN
DRESdensis MISNIC.

VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.



DE
CAPITE DAMNATORVM EXPENSIS
CRIMINALIBVS.

THESIS I.

Vt ex morte damnatorum bonis inquisitio-
nis sumtus iudici restituantur, iuri tam
Communi, quam Saxonico conuenit. arg. L. 26.
et L. 58. ff. de Obligat. et A&t. L. 164. ff. de Reg.
Iur. Mandat. Saxon. Reg. d. d. 27. Iul. 1719. *)
Quod et praeterea, vt dimidia pars quaestus
ex operis in carcere percepti ad istas impensas
conuertatur, nouissime in Mandat. d. d. 27.
Octobr. 1770 §. XI. constituit. Iung. BRVN-
NEM. in Proc. Inquis. c. IX. in fin. KNORR.
Manud. ad Proc. Lib. III. c. X. §. 62.

*) Obstare videntur Novel. XXII. c. 20. pr. Constat. Sax.
Elect. 12. Part. IV. Decis. Elect. LXXXVI. Add. KRESS.
ad C. C. C. Art. 104. §. 25. Sed vide L V D O V I C I Introd.
in



in Proc. Crim. c. XII. §. 9. WERNH. P. V. Obs. 16.
LEYSER ad Pand. Spec. XC. med. 9.

THES. II.

Hic vero ea tantum erogata, quae praesenti executioni inferuiunt, non, quae pluribus aliis quoque in posterum prodesse possunt, intelliguntur. Quare v. g. vtraque rota, qua damnatus contunditur, et cui post executionem cadauer imponitur, atque palus, non vero patibulum et murus decollationi destinatus ex eius bonis comparatur. F. A. HOMMEL. Disp. de *Panniculariis ceterisque damnatorum bonis* §. 43. seq.

THES. III.

Quamvis in delictis inter correos debendi beneficium diuisionis exulet L. 3. ff. de his qui effud. L. 14. §. f. ff. quod metas causa, nec hoc in genere, si ceteri soluendo non sint, obtineat, Nouel. XCIX. c. i. criminis tamen complex sumtuum inquisitionalium partem alterius correi egeni ferre non obligatur. WERNH. P. VIII. Obs. 456. HOMMEL. in Rhaps. Iur. Obs. 451.

Secus



Secus sentit MYLIVS ad BEYER. Delin. Iur. Crim.
Art. 204. Pos. 16.

THES. IV.

Poena capitalis licet ex gratia Principis sit remissa, inquisitus tamen ab expensis criminalibus liberatus non praesumitur. WERNH. P. I. Obs. 295. et P. III. Obs. 52. HORN. in Resp. 89. num. 3. Claff. XV. BERGER in Elect. Jurispr. Crim. c. II. membr. I. §. 8. BARTH in Hodog. For. c. VI. p. 1123.

Dissentit BERLICH P. IV. Concl. 19. num. 19. LEX SER ad Pand. Spec. DCXXVI. med. 3.

THES. V.

Si inquisitus inops, dominus iurisdictionis ex huius fructibus expensas fert criminales. CCC. Art. 47. 61. 154. 204. 219. Gloss. ad Weichbild. Art. 59. Ord. Prou. Sax. de an. 1555. C. A. T. I. p. 50. *) Nec promeritum honorarium Iustitiario et Actuario, catenaticum commentariensi atque carnifici mercedem iure dengat. **) In Praefecturis vi Edicti Sax. d. 28. Jul. 1730. ex fisco praestantur, et camerae rationibus inseruntur.

DED

) 3

*) Ob-



*) Obstare videtur illud: *iniquum est, damnosum cuique esse officium suum.* L. 7. ff. Testamenta quem ad modum aper. Nec non istud: *nemo suis stipendiis militare, suisque sumtibus seruire cogatur.* c. 16. X. de Praescript.

**) Quod multis argumentis in dubium vocat, iudicemque ab his eximit. F. A. HOMMEL. in Disp. cit. de Paniculariis etc. §. 47.

THES. VI.

At vero praescriptione, aut conuentione legitime probata, istos sumtus a subiectis, proportione contribuendi hactenus consueta, vel determinata, repetit iudex criminalis. LUDOVICI Introd. ad Proc. Crim. c. XII. §. 21. Quo casu Praefectus in Saxonia ante horum impositionem et exactionem consensum camerae imprimere, atque accepta rationibus annuis annexare necessum habet. Mandat. d. d. 8. Febr. 1717. C. A. T. II. p. 71.

THES. VII.

Quae vero conuentiones, cum a iure communi recedant et contra libertatem naturalem ineantur, strictissime sunt interpretandae.



dae. Quare si subditi impensas criminales
peinliche Kosten in se receperint, iure communi
eas tantum ferunt, quae ad praesentem actua-
lem torturam, fustigationem, aut ultimum sup-
plicium reuera sunt erogatae. Hinc in dubio non
restituuntur, quae ad incarcerationem, alimen-
tationem reorum, examina inquisiti et testium,
reparationem carceris, et exstructionem noui
patibuli spectant BERGER in Oec. Iur. L. IV.
T. XXXIII. Th. 4. not. 14. *) aut si medium
veritatem eruendi et poena in sententia, vel re-
scripto mitigatur, **) aut si damnatus ante
supplicium in carcere decedit CARPZ. Pract.
Crim. Qu. 138. num. 80. Sicut et in genere de
personis ad personas, de loco ad locum, de
casu ad casum argumentari non licet. ENGAV
Elem. Iur. Crim. §. 394.

*) Qua in re Dicasteria olim dissenserunt teste WERN-
HERO P. IX. Obs. 22.

**) Dissentient F. A. HOMMEL. in cit. Disp. §. 53. et C. F.
HOMMEL. in Rhaps Iur. Obs. 218. Sed vid. CARPZOV.
Pract. Crim. Qu. 138. n. 76. BERGER in Resol. LL.
Obs. Lib. XIII. Tit. I. qu. 1. in fin.

THES.



THES. VIII.


Quem ad modum expensae criminales in concursu capite puniti chirographariis debitibus annumerantur, MENCKEN in Tract. Proc. Tit. XLIII. §. 19. I. H. ВОЕНМЕР. in Disp. de *Expensis Criminalibus* c. III. §. 14. *) ita illae, quae ex pacto aut consuetudine a subditis ferruntur, inter onera publica realia collocantur. CARPOV. Pract. Crim. Qu. 138. num. fin. MENCKEN in Syst. Pandect. Lib. XLII. Tit. V. §. 7.


*) Dissentit HARPRECHT. in Resp. 92. n. 403. seq. et LEYSER ad Pand. Spec. XC. med. 10.



REIN

Wittenberg, Diss., 1770-73
X 2283235





K. f. 1294
7, 161.
2a
221
13/

Q. D. B. V.
THESES IVRIS CRIMINALES
DE
**CAPITE DAMNATORVM
EXPENSIS CRIMINALIBVS**

QVAS
PRAESIDE
**CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.**

TIT. DE VERB. SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE
IN AVDITORIO MAIORE
DIE XXX. MART. A. S. R. CICCI CCLXXI.

PUBLICE DEFENDET
FRIDERICVS GVILIELMVS TÜLLMANN
DRESdensis MISNIC.

VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.